

A Veneti infilitores mare Adriaticum remigantes, haud procul à littore ingentem Draconem intuentur, Leonem complexu tenentem, eumque ad antrum suum inextricabilibus nodis pertrahentem. Ceterum qui huic spectaculo supervenerant, miserantes ycem Leonis, audent arma corripunt, Draconem perimunt, Leonem liberant, & abire permittunt. Sed Leo gratum se exhibere volens, quotidie pellem unam capti à se animalis advexit, quoad illi eo loco remanserunt. P. Damianus episc.

Apud Sophronium in Prato spir. c. 107. de Leone refertur quod spinam sibi evulsam à Gerasimo Abbate, à canobio illi recedere noluit; eoque mortuo, magno rugin expiravit.

Supra nominatus Busenus memorat loco allegato, habuisse se Lyncem in Assyria, quem aliquamdiu nutritiv, ita benevolam & affectum erga eum qui curam illius gerebat, ut abeuntem aliquando & redeuntem velut complecteretur, atque oscula figeret: Imò abeuntem oculis prosequeretur, mansueque sederet, in eam partem qua ierat prospiciens, donec rediret.

Quin cum ad castra Turcica trans mare profectus fuisset, desiderii vim continua agritudine testabatur, sic ut post inediām paucorum dierum interiit.

Peto curiosa, & multa ex Loco & Tit. de Canibus. Equi. Vide Tit. proprium Equorum.

Graveolentia. Vide ODOR.

Gravidæ. Quære. PRÆGNANTES.

* Gravitæ. DE FINITIO. Vi est quedam verborum morumque severitas. Gravitatis, ut est severitas quedam in moribus & sermone, est firmitas quedam animi, quæ omnia vocationis munia constant & leverè peragit, omnesque actiones moderatur, ut congruatur nature, locis, personis, temporibus. Græcis æquorins dicitur.

GRAVITER DICTA.

Graveolentia. APOPHTHEGMATA ET EXEMPLA ETHNICORUM.

ALCAMES Telecri filius cuidam percunctanti, quo pacto quis optime regnum servare posset: Si lucrum, inquit, non magnificerit. Longè latèque dissentiens à vulgo principum, qui non alia magis ratione principatum constabere student, quàm attenuandis civium, suis augendis opibus: cum iustitia & æquitas maximè reddant diuturnum Imperium. Eras. lib. 1. Apoph.

Gravissimum fuit responsum Syagri, cum unâ cum Atheniensibus, quo tempore Xerxes expectabatur, ad Gelonem tyrannum Syracusanum missus fuit, ut in eo bello opem ab eo peterent. Nam cum Gelo offerret ducentas triremes, duo equitum, & octo pedum millia, ac præterea grandem pecuniā ac vim magnam frumenti, si Græci in eo bello cum duce creare vellet: Syagus respondit, non accipere se conditionem, quia ad querendos milites, & non ad sumendum ducem missus erat. Pluris enim patriæ dignitatem, quàm eam necessitatem, in qua eos fortuna præderat, facere voluit.

Quum in Spartanorum consilio quidam vitæ parum probata, lingua præemptus, sententiam suam apprime prudenter dixerat: quoniam maiorem senatus partem magno opere moverat, & propterea dictum erat, ut in ejus verba decretum conferberetur: Senex quidam inter alios vehementer senatum reprehendit, quod ab illandate vitæ homine, aliquo modo consilium cepisse videri vellet. Ostendens, ejusmodi rem vehementer gravitati Lacedæmoniorum adversari. Sed cum omnes illius tantum sententiam laudarent, persuasit, ut eandem ipsam rem quoque loquentis, ceterum bonus par um dixerat, ab aliquo quamquam non æquè diserto, bono tamen viro, dici juberent,

& sub ejus nomine Senatufconsultum conficerent. Quam obrem ne (ut monebantur) gravitatis immemores fuisse viderentur, bono consilio usi, auctoritas nomen præterierunt.

Ingenti gravitate Romanus senatus usus est, quum urbe à Coriolano atque Volcis oblecta, quamquam Senatufconsultum de pace conscripsisset, aperiri tamen nunquam voluit, nisi prius Romano agro Volcis cum exercitu exhiberent, ne aliquando diceretur, timore coactos Romanos pacem cum Volcis fecisse. Alia de eodem aliiq; viris, populis; item exempla, graviter dicta & facta, videto apud Fulgesium atque Valer. Max. lib. 5. c. 4.

THEMISTOCLES cum ad mare descendisset, ut occisorum Persarum stragem inspiceret, cum passim humi mortuorum corporibus militum sparsos torques, & armillas aureas videret ad amicum convertis, dixit: Tu, qui Themistocles non es, ista collige. Gravissimo verbo offendens, conditiones quibus hominum gradus discriminantur, eas esse, quæ faciunt, ut aliquid agere aut debeat, aut non debeat.

Quum Simonides poeta prætoris Themistocles operam pro amico in re iniqua peteret, respondit Themistocles: Nec Simonidem fore bonum poetam, nisi mentiarum modumque in canendis carminibus, quo scriberet, curaret: neque se bonum prætoris habitum iri, si legibus ac iustitiæ alicuius gratiam preposuisset.

Graviter Lacedæmonii quoque Macedonum Philippo regi responderunt, cum rem iniquam ab eis petitisset. Hoc enim responso usi sunt: Lacedæmonii Philippo regi, De eo quod ad nos scripsisti; non alia alia vel exultatione, vel verbo addito.

CHRISTIANORUM. Ut faceret & jocose dicta suum leporem & venustatem, ita graviter prolata suam etiam energiam habent & gravitatem.

Durante inimica illa contentione, quæ erat inter Francicum Sfortiam, & Nicolaum Piccininum, scitabantur Matricientes Legati ex Alphonso Aragonio, utrum illorum sibi in amicitiam adiciere vellet? Quibus ille: Utroque tanquam amicos habeo, & ab utriusque velut hostibus cavendum mihi existimo. Sentiebat quippe perdifficile, ita unius familiaritate uti, ut alterius qui huic hostiliter insidiatur, offensam non incurtus. Ex Panorm. lib. 1. de Gest. Alph. Beyerl. in Apoph. Christian.

An aliud à Venetorum Duce expectandum Galliarum Regi, ge ad Ticinum capto, factum, ut ejusdem Orator, submissi vultu Regis sui cladem nuntiarent, adveniret in Palatium; quo tempore etiam Imperatoris Caroli legatus Ducem præfolabatur, letus admodum, obtente jam palmæ deferens nuntium; conspiciatque utrumque Dux (ut erat prudensissimus) quo se in neutram partem inclinari testatur. Faciam, inquit, admodum graviter, juxta mandatum Apostoli: Gaudebo cum gaudente, & fletibo cum fletente. Eoque dicto utrinque animum placavit. Anst. Sermon. Coroz. Beyerl. supra.

* Gubernatio. Gubernator.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Gubernatio est, rem ad debitum finem convenienter perducere, secund. B. Th. 2. q. 102. c. 2. Gubernatio est executio prudentiæ, secund. D. Th. 1. 2. q. 22. a. 1. ubi præcipuum Græcè, gubernio Latine dicitur.

Guberno proprie significat navim rego. In navigatione infinita insunt pericula, & navis magistrum peritissimum esse oportet. In mari etenim, ut & in bello, his peccare non licet. Metaphorice quoque idem est ac moderor, administro, procuro. Gubernator, rector navis, clavi moderator, κυβερνήτης. Hebr. Rabbachob, magister funis Synæochicè, pro eo qui navim ducit, ad puppim sedet, clavum tenet, & aliis dat mandata necessaria. Gal. Qui sicut in manu leæ cordeus. Nominatur etiam Menabeg, ductor, à verbo Nababeg, duxit, quod cognitionem habet cum habebat, movit, ducit enim fit cum movit. Et Robbeh, pastor: Gubernatores enim, & reges, sunt, qui esse debent pastores populo, Deus spirituum pastor Israelis, id est, Ecclesiæ nominatur. Gubernatio, κυβερνήσις dicitur. Hebr. Tachlach, id est, gubernatio prudens, indultia, consilium, Prov. 1. 5. & 12. 19. 20. & 24. 5. Job. 37. 12. Chabel (chable) funis, à verbo Chabal, obstrictus est alium. Gubernatio prudens funibus & vinculis legum homines, quantumvis feroces, in officio continet.

DE

A DE BONÆ GUBERNATIONIS laude, & ratione.

Apophthegmata & Exempla Ethnicorum. SOCRATES dicebat, vehementer absurdum esse, cum artes sedentarias non profiteatur absque dedecore, qui eas non didicerit: neque quicumque scripium faciendam locet ei, qui rudis sit ejus officii: ad publicos magistratus admitti, qui nunquam dederunt operam ad disciplinam, sine quibus nemo potest rectè magistratum genere. Cumque nemo non detestator sit eum, qui clavo affideret, ignatus artis nauticæ: multo magis detestandus, qui Rempubl. capesserent ignari politicæ philosophiæ. Neque eum putabat appellandum impostorem, qui à quopiam pecuniā aut vasculum acciperet, quod non pollet reddere; sed illos magis impostores habendos dicebat, qui dolo persuaderent, se idoneos gubernandæ Republicæ, cum sint homines nihili. Hoc dictum multo magis ad principes, magistratus, & Episcopos Christianos pertinet, quàm ad Ethnicos. Erasim. lib. 3. apoph.

Idem illum imprudenter facere dicebat, qui cum boves efficeret pauciores, postulare tamen haberi bonus bubuleus: sed multo absurdum esse, si quis haberi velit bonus Reip. gubernator, qui civium numerum imminuat. Hoc dictum tortis in Critiam & Charicem, qui multos civium trucidarant. Nec illos illi latuit: Critias enim illi minatus est, nisi fletet, fore ut ipse quoque faceret boves pauciores; & quod minatus est verbo, re præstitit, nam hujus operæ SOCRATES perit. Laert. in vita Socr.

CHRISTIANORUM. Velut is qui in puppi sedens flectit gubernaculā, simul navem ipsam flectit reflectitque: ita ad Republicæ clavum constitutus, eam regit dirigique. Quis illud ipsum intellexisse Imper. Sigismundum inscisciatur apud quem dum quispiam gloriandus urbanus Magistratus deprecandus diceret, militumque tribunos extolleret; excandescens, Tace, inquit, ob Thrafo: nulla nobis milita foret opus, si fias quisque civitates & imperia justè rectèque gubernaret. Significabat bellorum fontem Prælatorum discordiam: adeoque nihil virtus, quàm illud Horatii: Quisquid delinquit Reges, plebsuntur Achivi.

Ex An. Syl. de Dil. Alph. Beyerl. in Apoph. Christianis. Quare prudenter dixisse fertur Franciscus Borgia dux: Qui ceteris præfere voluit, non unam omnes qui parent regula metiri oportet: sed bonos milites imitari, qui pro fistula capiti, machinam bellicam sulphureo pulvere implent, ne distiliat. Ribad. lib. 4. vita ejus, c. 8.

Tempora confusissimum, sed in re eadem. Suspectos habebat Severus Imp. eos qui ultro honores ambirent, eosque Reipub. perniciosos existimabat. Itaque cum urbi suæ Præfectum designasset, ique fugam caperent, in publico isti muneri deserviret, retractum, relactentem, & invitum, eodem nihilominus omavit, dicens: Inviti, non ambientes in Rempubl. collocandi. A. Lamprid. Beyerl.

PETRUS ALDOBRANDINUS Card. dignitate & ordine ceteris prior, non item ævo, rogatus. Quinam bene gubernaret: respondit, Qui vim habet numinis. Sensit autem cum Homero, neminem rectè gubernare, nisi ex dono Dei. Henr. Farnes. in Apoph. de Principe.

Hinc adduci poterunt nonnulla ex Loco de Imperio, & Regno. Item ex Loco de Clementia.

D Gula. Gulosi. DE FINITIO ET ETYMOLOGIA.

Gula, Græcè λαγάρια, & λατάρια, gulofus & bellus, & λαις, guttur dicitur. Hebr. Lohab. Prov. 23. 2. à verbo Lohab, abligurivir, deglutivir. Et est gula immoderata cibi aviditas, vel inordinatus appetitus cibi & potus, sec. B. Th. 2. q. 148. art. 1. & Albert. Mag. in Comp. suo lib. 3. c. 20. Ceterum tumur nonnunquam Gula, ut etiam importat excessum in potu; scita dividitur plerique in commestationem & ebrietatem, tanquam in species: utriusque Apostolus meminit ad Rom. c. 13. Alioquin strictius accepta, opponitur abundantia strictè acceptæ: estque vitium in appetitione & usi delectationis cibi & potus, debitum modum, id est, rationis præscriptum excedens.

QUOT MODIS COMMITTATUR. Quinque modos subtiliter assignat S. Th. 1. 2. q. 138. moral. c. 27. Gregorii, qui continetur isto versiculo:

Pyroperè, laute, nimis avaciter, studiosè. Excessus enim vel circa ipsum cibum spectari potest, puta, ratione substantiæ, qualitatibus, vel quantitatibus: vel circa illum assumptionem, scilicet si voraciter, læpitis, aut diutius, quàm debeat, cibo utatur. De quibus consilio illos, qui casuum conscientia summas scriptis tradiderunt. De Gula & Gulosis multa transulimus ad Locum de Intemperantia, Tit. Intemperantia alimentaris. Vide etiam Tit. de Edonibus, & Bibacibus. GULÆ DESCRIPTIO POETARUM.

Lucan. 4. Opprida rerum Luxuries, nunquam parvo contenta paratu, Et quas torum terra, pelagoque ciborum Ambitiosa fames, & lauta gloria mensa. Sat. 4.

Ab miseris quos nosse juro, quid Phasidis ales Dilet ab hyberna Rhodope græ, quis magi anser Exta ferat, cur Tuscus aper generosus Umbro, Lubrica qua recubent concubilia mollis alga? Petronius.

Ingeniosa gula est, Siculo Scarus equore mersus: Ad mensam vivox perducitur, atque Lucrinis Erut a littoribus vendunt concubilia canas. Vi renovent per damnā famem, jam Phasidis unda Orbata est avibus, multique in littore tantum Sole desertis aspirant frondibus aure. Horat. 2. Ser. 2.

Que virtus, & quanta boni sit vivere parvo: &c. Discite non inter lances, mensaque nictentes, Cum super insanis acies fulgoribus, & cum Acclivis salis avibus, & cum Verum hic impransivum disquirite, cur hoc? Dicam, si potero, male nevim exanimat omnis Corruptus iudex.

APOPHTHEGMATA, ET EXEMPLA. SYBARITES quidam cum Sparte in Phiditis conviveretur: Merito vitæ contemptores esse dixit Spartanos: quiquis enim sanæ fit mentis, decies milles morti prius eligeret, quàm hujus parcitatis esse particeps. Athen. lib. 4. GALLIENUS Cæs. quum ei relatum esset, populum Rom. in G. dignè ferre, quòd Valerianus pater ejus apud Parthos serviret, convertus ad astantes: Ecquidnam habemus, inquit, quod prandeamus? Treb. Pollio.

AUGUSTUS CÆSAR, quum audisset, Erotem Aegypti procuratorem emisse coturnicem, in pugna superarentur omnes, ac prorsus invictam, eamque assam devorare: justè accerteri hominem, & discussa causa, confessum malo navis affigi justit: vitā judicans indignum, qui ob tantillam gulæ voluptatem non peperisset avi, quæ pugnando diu multoque porulisset esse voluptati: præterea quæ lato quodam ordine Cæsari perpetuum in bellis prosperitatem portenderet. Plut. in Rom. apoph. Exempla cum sacra, tum profana, perituræ ex Loco de Ebrietate. Item de Intemperantia. Vbi luculenter hoc argumentum excutitur. Tit. Intemperantia alimentaris.

* Gustus.

Gustus sensus est, quo res, quo sub tactum cadunt, & quæ alunt, internoscentur, Arist. 1. 3. de anim. c. 12. T. ex. 64. Gustus est in eo, quod gustatur, cernitur, & in eo quod non gustatur: quale est id, quod vel prævium, vel malum laporem habet, vel gustum labefacit. Aristoteles lib. 2. de Anima c. 10. Text. 103.

Gustatum animalibus natura tribuit, ut voluptatem & dolorem in cibo sentiant, expectant, atque ad eum veniant. lib. 3. de Anima, c. 13. T. 68. Gustatus salutarem cibum à pestifero ita fecerit, ut insuave & ingratum fugiat, salutarem gratumque appetat. 1. de Sens. c. 1.

Gustus sensus similis est tactui coagmentatione & discretione, insuper ad mentis progressionem & figuris. Aut ærtha sunt, aut levia ea, quæ ad gustum pertinent: aliquando enim & extergentia linguam ærtha apparent, moderata extergentia prædita falsa: incidentia verò & diffusenda carnem acidā: at contraria levique & dulcia in succum obliquecunt. Tim. Locrus de anima mundi & natura.

NE

